

OBLÁTIS munéribus, quæsumus Dómine, Ecclesiám tuam benignus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dominum nostrum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos Tibi simper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem Tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Cæli, Cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Salmo 44.8

DILEXISTI justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

SATIASTI, Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemniam celebramus. Per Dominum.

MULTÍPLICA, quæsumus Dómine, in Ecclesiá tua spíritum gratiá, quem dedísti: ut beáti Pontiani Mártiris tui atque Summi Pontíficis deprecatione, nec pastóri obediéntia gregis nec gregi desit cura pastóris. Per Dóminum.

CONMEMORACIÓN SAN PONCIANO

En mérito de los dones ofrecidos, ilumina, Señor, benignamente a tu Iglesia; a fin de que en todas partes progrese la marcha de tu grey; y los pastores, gobernados por ti, se hagan gratos a tus ojos. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Angeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Has amado la justicia y odiado la iniquidad; por eso el Señor, tu Dios, te ha unguido con el óleo de la alegría, con preferencia a tus compañeras.

POSCOMUNIÓN

Señor, que has saciado a tu familia, te suplicamos renueves sin cesar nuestras fuerzas, por la intercesión de aquélla cuya solemnidad celebramos. Por nuestro Señor Jesucristo.

CONMEMORACIÓN SAN PONCIANO

Te suplicamos, Señor, guíes con bondad a tu Iglesia, alimentada con los santos manjares, a fin de que, conducida bajo tu poderosa dirección, vea crecer su libertad y permanezca en la integridad de la fe. Por nuestro Señor.

PROPRIO DE LA MISA SANTA ISABEL DE HUNGRIA

Reina y viuda

19 de Noviembre - Fiesta clase 3.ª - Blanco

Salmo 118.75,120,1 INTROITO

COGNOVI, Domine, quia æquitas judicia tua, et in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis timui. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini. V. Gloria Patri.

Reconozco, Señor, que tus juicios son justos, que me has afligido con razón; tiembla de terror ante ti mi carne; temo tus juicios. Salmo. Bienaventurados los que, euros en sus sendas, caminan en la ley del Señor. V. Gloria al Padre.

COLECTA

TUÓRUM corda fidélium, Deus miserator, illústra: et, beátæ Elisabeth præcibus gloriósus; fac nos próspera mundi despícere, et cælesti semper consolatióne gaudére. Per Dominum.

Alumbra, ¡Oh Dios misericordioso!, los corazones de tus fieles; y por las súplicas gloriosas de santa Isabel, haz que despreciemos las prosperidades mundanales y gocemos siempre de la celeste consolación. Por nuestro Señor Jesucristo.

CONMEMORACIÓN SAN PONCIANO

GREGEM tuum, Pastor atérnæ inténde: et per beátum Pontianum Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectiōne custódi; quem totius Ecclesiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum.

Mira con benevolencia, ¡oh Pastor eterno!, a tu grey, y por la intercesión de tu bienaventurado mártir y sumo pontífice Ponciano, a quien has constituido pastor de toda la Iglesia, guárdala por siempre bajo tu protección. Por nuestro Señor Jesucristo.

Proverbios 31.10-31

MULIEREM fortem quis inveniet? Procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, et non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam ei linum, et operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria

EPÍSTOLA

Quién hallará una mujer fuerte? Su precio es, con mucho, mayor que el de las perlas. Confíe en ella el corazón de su marido, que no le faltarán ganancias. Ella le acarrea el bienestar y no la desgracia, todos los días de su vida. Busca lana y lino, y trabaja con la habilidad de sus manos. Es como nave de comerciante, que trae viveres de lejos. Se levanta cuando aún es de noche y distribuye la comida a su casa y la tarea a sus

ancillis suis. Consideravit agrum, et emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum. Gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus: non exstinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fustum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chananeo. Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiae, et lex clementiae in lingua ejus. Consideravit semitas domus suae, et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, et beatissimam praedicaverunt: vir ejus, et laudavit eam. Multae filiae congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera ejus.

Salmo 44.3,5

DIFFUSA est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum. *Ÿ*. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Salmo 44.5

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ*. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procedet, et regna. Alleluia.

criadas. Pone su mira en unas tierras, y las compra; del fruto de sus manos planta una Cifne vigorosamente sus lomos y arma de vigor sus brazos. Comprueba que marcha bien su negocio ; no se apaga su lámpara de noche. Aplica sus manos a la rueca y sus dedos manejan el huso. Abre sus brazos al desdichado y tiende su mano al indigente. No teme para su casa las nieves, porque todos traen vestidos forrados. Hácese ella sus cobertores y se viste de lino y púrpura. Su esposo es respetado a las puertas de la ciudad, cuando se sienta entre los ancianos del país. Ella teje finas telas y las vende y proporciona cefidores al mercader. La fortaleza y la gracia son sus atavlos ; y sonde al porvenir. Abre su boca con prudencia y la buena palabra esta sobre su lengua. Vigila la marcha de su casa y no come ociosa el pan. Levántanse sus hijos para aclamarla dichosa; su marido la alaba diciendo : Muchas mujeres se han mostrado valientes, pero tú aventajas a todas. Engañosa es la gracia y vana la hermosura; la mujer que teme al Señor, ésa es digna de alabanza. Dadle del fruto de sus manos, y sean sus obras las que hagan su elogio a las puertas de la ciudad.

GRADUAL

Se ha derramado la gracia en tus labios; por eso te ha bendecido Dios para siempre. *Ÿ*. Por la justicia y por la verdad, que tu diestra se distinga por tus brillantes acciones.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Con tu gracia y tu hermosura camina, sé feliz y reina. Aleluya.

Mateo 13.44-52

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, et pra gaudio illius vadit, et vendit universa, quae habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori, quaerenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quae habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum caelorum sagena missa in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi: exibunt Angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scribe doctus in regno caelorum similis est homini patri-familias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

Salmo 44.3

DIFFUSA est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum, et in saeculum saeculi.

ACCÉPTA tibi sit, Dómine, sacratae plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se méritis, de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos esta parábola : Semejante es el reino de los cielos a un tesoro escondido en el campo, que hallándolo un hombre, lo oculta y gozoso va y vende lo que tiene y compra el campo. El reino de los cielos es asimismo semejante a un mercader que busca perlas finas; y hallando una de gran valor, va, y vende cuanto tiene, y la compra. También es semejante el reino de los cielos a una gran red que, echada en el mar, recoge todo género de peces. Una vez repleta, la sacan a la orilla y alii, sentados, recogen los buenos en sus cestas y arrojan los malos. Así será e fin del mundo: saldrán los ángeles y separarán a los malos de los justos, y los echarán en homo del fuego; allí será e llanto y crujir de dientes. ¿Habéis en tendido bien todo esto? Sí, Señor, le respondieron. Entonces añadió : Por eso, todo escriba bien iniciado en el reino de la cielos, es semejante a un padre de familia, que saca de su tesoro lo nuevo y lo viejo.

OFERTORIO

Se ha derramado la gracia en tus labios; por eso te ha bendecido Dios para siempre y por los siglos de los siglos.

SECRETA

Séate, Señor, acepta la ofrenda que para honrar a tus santos te hace el pueblo fiel, a sabiendas de que debe a sus méritos el auxilio recibido en las pruebas. Por nuestro Señor Jesucristo.